



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **In Genesis Enarratio**

**Chyträus, David**

**Vitebergæ**

**VD16 C 2625**

V. Supputatio Annorum à Diluio usq[ue] ad natum Abraham.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36126**

Celebremus nomen nostrum) ut postea Nabuchodonosor inquit, Hæc est illa Babylon, quam ego edificauit, Dan. 4. Hanc superbiam semper committitur Νέμεσις seu ἄδ'ράσεια, hoc est, pœna diuina, quæ effugi non potest.

Descendit Dominus ut uideret) Non re seu substantia descendit, Est enim ubiq; Enter præsentat, Deus hic & ubiq; potenter, Sed desinit dissimulare peccatum, incipit reuelare, arguere, punire. Antea enim perinde se gesserat, ac si non uideret eorum machinationes.

Vt non audiat unusquisq; uocem proximi sui) Id est, non intelligat nec obediat uoci proximi sui. Verba enim Noticiæ non tantum noticiam in sensu aut mente, sed etiam effectus sequentes significant.

## V.

*Hæc sunt generationes Sem.*

*Supputatio Annorum à Diluuiò usq; ad Abraham.*

Supra Capite Quinto dixi, Deum immenso beneficio continuam annorum Mundi seriem in libris sacris conseruasse. Ac in hoc Undecimo Capite numerus annorum à Diluuiò usq; ad natum Abraham facile à quouis poterit colligi, si annos, quibus singu-

li Pa=



li Patres usq; ad natum filium uixerunt, per allu-  
tionem coaceruabit.

Sem	2.	post Diluuium
Arphaxat	35	
Sale	30	
Heber	34	
Peleg	30	
Regu	32	
Saruch	30	
Nachor	29	
Thare	70.	

A Diluuiio ad Abraham, 292.

A conditione Mundi ad Diluuium 1656.

A condito Mundo ad natum Abraham, 1948.

Anno 5 2 etatis Abrahæ completi sunt anni Mundi 2000. duo primi Millenarij.

**SERIES PATRVM ET**  
**Doctorem ac gubernatorum in Ecclesia Dei à Diluuiio usq; ad natum Abraham.**

**S**EM, ex cuius posteritate promissum semen Christi natus est, precipuus gubernator Ecclesie Dei post diluuium fuit annis 502. Vixit post mortem Abrahæ 35 annos. Cum Isaac 110. Cum Iacob 130.



nos. Mortuus est ante descensum in Ægyptum sexagesimo nono anno.

Arphaxat) Hoc est, sanans vastitatem, Vixit 477 annos.

Sale) **שלה** ramus, propago. Item gladius. Vixit ultra Abraham tribus annis.

Heber) ab hoc Ebraei dicti sunt, peregrinator, ab **עבר** transiit. Inde Bethabara, id est, domus transitus, Vbi filij Iordanem transferunt.

Vixit autem Heber omnium longissime post diluuium, uidelicet annis 464. Vixit post mortem Abraham 64 anno. Cum Isaac 140. Cum Iacob 80. attigit annum 51 ante descensum in Ægyptum.

Phalech) **פלג** diuisio, eò quod in diebus eius diuisa sit Terra, Gen:10. Vixit cum Abraham 48 annis. Huius Phalechi anno 31, cœpit apud Babylonios regnare Nimrod primus Monarcha.

Reu) **רעו** amicus, socius, pastor. Vixit cum Abraham 78 annos.

Saruch) **שרוג** palmes, propago. Huius anno 25 apud Babylonios regnauit Belus pater Nini, annos 62. teste Berofo.

Nachor) **נכור** requies lucis.

Thare) **תרה** respiratio, refrigeratio, à **תרה**. Huius anno 26 cœpit regnare Nimus, à quo Iustinus suam historiam orditur, annos 52.


ABRAM



ABRAM) nascitur anno Mundi 1948  
 Anno post Diluuium 292  
 Anno Nimi Regis Assyriorum 44  
 אַבְרָם Id est, pater excelsus.

FAMILIA ABRAHE

THARE



Aran) אֲרָן conceptus ab הָרָה non ab הָרָה  
 Hunc scribunt Iudæi, in Vr Chaldæorum ex  
 propterea quod cultum Idolatricum ignis imp  
 bauerit.

Loth) לוֹט absconditus, inuolutus.  
 Vr) אֲוֵר ignis. Inde nomen accepit Orcha  
 uitas Chaldææ, cuius long. 78.30. lat. 32.40.

Chaldæorum) בְּשָׂרִים Chasdim, id est, im  
 tores, uel Demones.

Sara) שָׂרָי Domina, imperatrix, Doctor  
 man.

Melcha) מִלְכָּה Regina.



Iefcha) יסבה operta tecta, א סבך.

Venerunt usq; ad Aran) חרן Haran, uel Charan, Mesopotamiae urbs est, cuius long. 23. 20. latit. 36. 10. distat igitur ab Orchoe seu Vr Chaldaeorum circiter 80 milliar. germ.

## V.

## Eduxit eos de Hur Chaldaeorum.

DE IDOLOLATRIA  
FUGIENDA.

IDOLOLATRIA est in genere honorem Deo propriè debitum tribuere cuicunq; rei, quæ nõ est Deus: aut alligare Deum ad cultum aut rem aliquam, ad quam se ipse non alligauit suo Verbo. Semper autem Mundus Idolorum plenus fuit. Ac magna multitudo hominum oblita promissionem de Christo, & uerum usum signorum, quæ promissioni addita sunt, deprauans, ipsa signa in numina seu Deos uertit.

Sic Chaldæi & Persæ, Ignem finxerunt esse Deum, Quia audiuerant Igni delapso ex cælo incensas esse uictimas. Hunc ignem corrupto uocabulo Ebræo Orimasda uocarunt (Nam אור OR Ebræis Ignem בשדים Chasdim Chaldæos significat.) & in publicis pompis Regi prætulerunt, ut ex Xenophonte lib. 8. & Plutarcho apparet.

Extat